

et dux Saxonie prefatos archiepiscopum Coloniensem et comitem nec ipsum oppidum intrare permetterent nec ad eos exire vellent super hoc sepius requisiti, dicti archiepiscopus Coloniensis et comes, attendentes ex lapsu temporis periculum imminere, si fors non fieret electio illa die, que ad hoc fuerat peremptorie constituta, presertim cum de anno et die post vacationem imperii quindecim dies solummodo superessent, — ad electionem procedere decreverunt.

§. 55. tu (Ricardus) eidem electioni consensisti, ac personaliter Alemannie regnum ingressus et moram apud Aquisgranum, quantum decuit, faciens nec inveniens resistentem, postmodum fuisti per se predictum Coloniensem archiepiscopum, ad cuius id spectabat officium, consecratus, inunctus, coronatus ac inthronizatus regio more in sede²⁾ Magni³⁾ Caroli, nullo se inibi coronationi tue realiter aut verbaliter opponente; recepisti quoque homagia magnatum regni eiusdem ac fidelitatis etiam iuramenta; obtinuisti ornamenta ac insignia imperialia, quibus rex Romanorum solet ornari, cum

quo, ad electionem ipsam procedi potest et debet.

Vorher: (consuetudines), secundum quas infra annum et diem, postquam vacat imperium, talis debet electio celebrari, quacunque parte ipsorum anni et diei, quam ad hoc iidem principes duxerint deputandam.

§. 54. quem (terminum) si fors predicti principes infra annum et diem a tempore¹⁾ vacantis imperii concorditer statuunt, licet non exprimant, quod ipsum peremptorium esse velint, terminus tamen ab eis prefixus taliter peremptorius reputatur.

§. 53. electione taliter celebrata, electus, si electioni consenserit, ante Aquisgranum per dies aliquos facta mora, infra annum et diem post celebratam electionem eandem, quando electus voluerit, per Coloniensem archiepiscopum, ad quem id ex officio suo spectat, inungitur, consecratur et etiam coronatur; quo facto cuilibet via precluditur contra electionem vel electum, iam regem Romanorum effectum, dicendi aliquid vel etiam opponendi; sed idem electus, predicto modo inunctus, consecratus et coronatus, pro rege habetur, et ei tamquam regi debet a subditis et vasallis imperii obediri, suo more homagia et fidelitatis iuramenta

1) 'die' Bz.

2) Bz.; 'sedem' Rayn.

3) Bz.; 'magnifici' Rayn.